

Hermanno de Maltitz, Hermanno de Tannenvelt, Friderico magistro coquinae nostrae et aliis quam pluribus fide dignis.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv wie No. 170. An dem dort vorhandenen zweiten Exemplar (B) fehlt das Siegel.

No. 172. 1284. 19. März.

*Zwölf Bischöfe ertheilen denen, welche bussfertig die Afrakirche besuchen oder Gaben darbringen, an 24 Festtagen des Jahres Jeder 40 Tage Ablass von auferlegten Bussen.*

Universis Cristi fidelibus ad quos praesentes litterae pervenerint, nos dei gratia Petrus Arborensis archiepiscopus, Heynericus Saxenas, Vincentius Portugalensis, Tholomeus Sardanensis, frater Guido Papiensis, Simon Balneoregensis, Acerus Wexionensis, Andreas Asloensis, Geuehardus Brandenburgensis, Bartholomeus Gaetanus, Thorfinnius Hammarensis et Bernhardus Humanas episcopi salutem in domino sempiternam. Licet is etc. Cupientes igitur ut monasterium sanctae Aefrae Misnensis civitatis congruis honoribus frequentetur, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ipsum monasterium in festis subscriptis, videlicet in singulis festivitatibus domini, scilicet nativitatis, resurrectionis, ascensionis et pentecostes, in singulis festivitatibus beatae Mariae virginis, in festo sancti Michaelis archangeli, in festis sanctorum Petri et Pauli, Andreae atque Thomae apostolorum, in festis sanctorum Augustini, Nicolai, Martini atque Francisci confessorum, in festis sanctarum Aefrae et Elisabet, in festo sanctae Katherinae virginis, in festo undecim milia virginum, in festo omnium sanctorum ac in dedicatione ipsius monasterii causa devotionis accesserint vel ad structuram aut ad aliqua necessaria ipsius monasterii manus adiutrices porrexerint, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, quilibet nostrum quadraginta dies de iniuncta sibi poenitentia, dummodo consensus diocesani accesserit, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium praesentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Datum apud Urbem veterem anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto XIII kal. Aprilis, pontificatus domini Martini papae quarti anno tertio.

Nach dem Chartul. mon. s. Aefrae II. fol. 101b.

No. 173. 1285. 16. Nov.

*Markgraf Heinrich der Erlauchte eignet dem Chorherrenstifte drei vom Probst Leo erkaufte Hufen in Oberjahna.*

In nomine domini amen. Nos Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio universis praesentem litteram inspecturis imperpetuum. Quoniam ea quae fiunt in tempore cum tempore pariter dissolvuntur, necesse est, ut ea, quae ab hominibus rite et rationabiliter aguntur, ne in oblivionem futurorum perveniant, perpetuationem recipiant testimonio litterarum. Notum igitur esse volumus tam praesentis